

Kapitels zu Einbeck (1447)²⁾ erteilten. Mit diesen Beschlüssen hatten sie die Annahme der vita regularis durch den Konvent von Erfurt bestätigt.

Or., Perg. (Hanfschnur, S fehlt): MAGDEBURG, LHA, Rep. U 15 a Nr. 328. Auf der Plika: H. Pomert; unter der Plika: Visa. T. L. (durchgestrichen, darunter von derselben Hand): Visa. T. L. Rückseite (gleichzeitig): Confirmacio reformationis conventus Erff. per cardinalem Cusa.

Erw.: Grube, Legationsreise 399; Uebinger, Kardinallegat 643; Vansteenberge 115 und 485; Overmann, Urkunden 150 Nr. 213; Koch, Umwelt 124; Kunzelmann, Geschichte V 60f.

Et si tocius ecclesiastici status summo zelamus affectu, reformandis tamen religionibus quibusvis parcium Alamanie a suis primevis institutis et observanciis aliquando collapsis ex iniuncto nobis officio vigilantiori cura intendimus et, que circa reformationem huiusmodi bene acta comperimus, libenter amplectimur. Hinc est, quod nos
5 apostolica auctoritate, qua fungimur in hac parte, omnia et singula in convocacione Gothensi et consequenter in capitulo Eymbeccensi pro reformatione conventus ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini Erfordensis Maguntine diocesis, prout in litteris inferius insertis continetur, bene ordinata et facta rata et grata habentes, illa
10 etiam dicta auctoritate apostolica approbamus et presentis scripti patrocinio communitimus atque etiam in virtute sancte obediencie ea omnia et singula perpetuis futuris temporibus observari volumus atque districtissime mandamus. Tenor vero litterarum, de quibus mencionem fecimus, sequitur et est talis:

(Es folgt die Kundgabe von Provinzial und Kapitel der Augustiner-Eremiten der Provinz Thüringen und Sachsen am 27. Mai 1450 in Nordhausen.)

5 singula: singula que Or.

¹⁾ Overmann, Urkunden 145–147 Nr. 208.

²⁾ Overmann, Urkunden 146f. in Nr. 208.

1451 Juni 5, Erfurt.

Nr. 1352

NvK an Abt Christian von St. Peter zu Erfurt und den Propst Johannes der Regulierten Kirche Neumwerk bei der Stadt Halle.¹⁾ Er beauftragt sie mit der Fortsetzung der von ihm selbst eingeleiteten Reform der Regulierten Augustiner-Chorberrn zu Erfurt.²⁾

Or., Perg. (S und Schnur fehlen; Schnurlöcher): MAGDEBURG, LHA, Rep. U 15 V Nr. 16. Auf der Plika: H. Pomert.

Kop., jedoch mit langen Auslassungen und zahlreichen Umstilisierungen, bei Johannes Busch, Liber de reformatione monasteriorum (s.o. Nr. 976): M f. 46^v–47^r; B p. 428f.

Druck des von Johannes Busch umgestalteten Textes: Leibniz, Scriptores II 960; Grube, Johannes Busch 763f.

Erw.: Uebinger, Kardinallegat 643; Koch, Umwelt 123 und 174; Frank, Erfurter Peterskloster 186 und 249.

Quia sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Nicolaus papa quintus, etsi tocius ecclesiastici status reformationem prozelat affectu, reformandis tamen religionibus quibusvis parcium Almanie a suis primevis institutis et observanciis collapsis precipue nos sollicitos esse voluit et intentos, nimirum si circa illos vigilantiori
5 cura occupemur. Visitatis siquidem in hiis, quas hactenus peragravimus, nostre legacionis terris per nos propria in persona diversis precipue religiosorum locis et personis habitisque de statu eorum inquisitionibus studiosis et exhortacionibus factis salutari-

bus et oportunis omnique adhibita diligencia circa collapsos, ut resurgant, promissa ac
pertinacibus comminata pena, a plerisque eciam et novissime a dilectis nobis in Chri-
sto preposito et canonicis ecclesie regularis Erfordensis ordinis sancti Augustini cano- 10
nicorum regularium dicte Maguntine diocesis de observancia regulari, a qua declina-
verant, iuxta traditam sibi regulam seu regularia instituta amplectenda manualiter fide
data, etsi firmam gerimus spem laboris nostri non frustrari effectu, quia tamen restan-
tis adhuc laboris nostri magnitudine retracti datis principiis reformationis in plerisque 15
incepti operis consummationem nequimus personaliter prestolari, circumspeditionibus
vestris, de quarum sinceritate et industria precipuoque religionis zelo gerimus in do-
mino fiduciam specialem quo ad ulteriorem prosecutionem incepti reformationis ne-
gocii circa ecclesiam prepositumque et canonicos prefatos, auctoritate apostolica no-
bis in hac parte concessa tenore presencium committimus vices nostras vobis in vir-
tute sancte obediencie districtius iniungentes, quatenus ecclesiam regularem prefatam 20
quantocius accedentes illam auctoritate prefata in capite et in membris diligenter visi-
tetis et, que inibi a regula sancti Augustini et ordinis illius statutis devia inveneritis,
necnon eciam crimina et excessus digne corrigatis et emendatis ipsosque prepositum
et canonicos ad regularis vite observanciam et disciplinam, veluti sponponderunt,
effectualiter amplectendam et fideliter continuandam per censuram ecclesiasticam ap- 25
pellacione postposita compellatis, invocato eciam ad hoc, si opus fuerit, auxilio bra-
chii secularis.

Nos insuper vobis illos ex prefatis preposito et canonicis, qui se reformationi huius-
modi submittere pertinaciter recusaverint aut alias incorrigibiles extiterint iuxta regu-
lam sancti Augustini et statuta ordinis eiusdem, a prefata ecclesia sive monasterio per- 30
petuo expellendi aliosque loco eorum ad observanciam huiusmodi voluntarios iam
professos seu de novo profitendos loco eorum suscipiendi et reponendi, submittentem
vero se reformationi huiusmodi, ut prefertur, si id humiliter pecierint, a labe symonie
aliisque criminibus et excessibus, eciam in casibus apostolice sedi reservatis, necnon 35
ab omnibus excommunicationum, suspensionum et interdicti sentenciis ac censuris a
iure vel ab homine generaliter vel specialiter latis, sine tamen alieni iuris preiudicio,
et digna satisfactione leorum previa in forma ecclesie consueta absolvendi, iniunctis
tamen eis pro modo culpe penitentia salutari et aliis, que fuerint iniungenda, omnia-
que alia et singula faciendi, statuendi, ordinandi et disponendi, que in premissis et
circa ea necessaria fuerint seu oportuna, plenam et liberam dicta auctoritate concedi- 40
mus tenore presencium facultatem.

Volumus autem, quod de agendis per vos seu eciam prepositum et canonicos prefa-
tos in premissis nos quantocius vestris reddatis litteris cerciores.

¹⁾ *Johannes Busch, der berichtstattende Chronist.*

²⁾ *Laut Nr. 1487 Z. 18f. betraf die Reform auch die (nach der Regel des heiligen Augustinus lebenden) Ser-
viten außerhalb der Stadt.*

1451 Juni 5, Erfurt.

Nr. 1353

*NvK an alle Christgläubigen. Er verleiht einen 100-Tage-Ablaß für die Markus-Kapelle zu
Nüssiße sub Rubeo Monte¹⁾ vor der Stadt Erfurt.*